

efficacia remedij cui dicitur. remitte-
tuntur tibi peccata tua. Sed hoc quoniam
est proprium dei: ideo scribitur eum blasphemare
dicere ex eo quod peccata remitte-
tere assererat. quod ipsum deum esse non
credebant. Solius enim dei est remitte-
tere peccata. **Isay. xliiij.** Ego sum ipse
qui deleo iniquitates tuas propter me
cui dicitur **Jo. ix.** Quorum remisistis pec-
cata remittuntur ei. Deus enim et sacer-
dos peccata dimittunt: sed differunt

In peccato enim tria sunt. scilicet dei offensio.
difformis macula et obligatio ad
penam eternam. **Tre. ij.** Quod obterit
caligine. ecce difformis macula. in
furore suo deus filiam sponsum. ecce offe-
nsio. proiecit de celo etc. ecce obli-
gatio ad penam eternam. **Ista tria de-**
us solus remittit quod significatur
Lu. xij. in filio prodigo. de quo tria di-
cuntur. scilicet quod pater osculatus est eum pro quo
notatur remissio offense. quod induit
eum stolam primam. pro hoc signat immu-
dicia anime. et quod ipse mortuus fuerat
et reuixit. pro quo signatur remissio et
ne pene. **Sacerdos enim quantum ad**
alia tria debet remittere peccata. Primum
est quod peccatorem absolutum a deo de-
nunciat. Aliter enim pro absoluto non re-
cipiet. Secundum est quod ad penam pur-
gationis eundem obligatum: temporali pe-
na ligat. Tercium est quod virtute dau-
um de ipsa pena partim relaxat. **Iu-**
xta illud choro. ij. Nam ego quod do-
naui propter vos in persona christi. **Ista**
tria notatur Jo. xv. in resurrectione de-
lazari: ubi dominus discipulis facta omni-
sit. scilicet ut lapidem tollerent. ut ipsum

soluerent et libere abire permitterent
Tunc sacerdos lapidem tollit quoniam
non penam purgationis: in leuē penam
temporalem ouertit. Tunc ipsum soluit
quoniam aliquam penam sibi dimittit. et
tunc libere abire permittit: quoniam ipsum
pro absoluto libere recipiendum esse
diffinit.

Domini. xx.

Sermo primus

Simile est regnum celorum
homini regi qui fecit nuptias
etc. **Ma. xxij.** Quia sunt
sensibilibus assueti: ideo
de sepe pro sensibilia nos inducit
ad intellectualia. et per intellectualia
ad diuina. sicut patet in istis magis:
quos pro sensibilibus stellis: duxit ad
intellectuales prophetias et per intelle-
ctuales prophetias duxit ad visionem
immediatam. Sic etiam hic pro nup-
tias temporales christus nos ducit ad in-
telligendum spirituales et celestes.

In ista ergo parabola plura sunt vi-
tenda. Primo quid significetur
per regnum celorum. **Secundo** quis sit
homo rex. **Tercio** que sint iste nuptie
Quarto qui sint isti inuitati. **Quin-**
to que sit ista vestis nuptialis. **Sex-**
to que sit ista ligatio manuum et
pedum. **Septimo** que sint iste tene-
bre exteriores. **Circa** quod notandum
quod secundum glossam per regnum celorum
prius ecclesia siue congregatio iusto-
rum intelligitur. **Non enim** intelligi potest

tribus

dispositio huius in viij.

pius

de ecclesia triumphante. Tum qz
prandiu vocatur. a postmodu re
stat adhuc aliud diuini. Tu. qz
hie vnus eijcitur. Et ideo diuini d
quo d. Lu. xliij. de eterno regno
intelligi pt. qz cenavocatur. Et qz
nullus exire phibetur. Dicitur at
eccā celū. qz in celo est qdā ce
leste corpus qd illuminat a nō il
luminat sicut sol. Isti sunt prelati
maiores qui nō dnt indigere ali
ena illuminatione: sed ipsi verbo
a exemplo alios dnt illuminare.
De quibz d. Ma. v. Vos estis lux
mundi. Aliud est corp⁹ qd illu
natur a illuminat. sic luna a stel
le. Isti sunt prelati minores qui
dnt a superioribus lumen recipere
a in inferioribus infundere. Terci
um qd illuminat a nō illuminat
sicut firmamentū. Isti sunt subdi
ti boni qui dnt a prelati illuminā
ri: sed ipsi alios illuminare tenen
tur. Dani. xij. Qui autē docti fuerint
fulgebunt sic sol videlicet prelati
maiores a splendor firmamenti. a
hoc refertur ad ipsos subditos il
luminatos a qui ad iusticiā eru
diunt multos. qsi stelle in ppetu
as eternitates. hoc refert ad pla
tos minores illuminatos a illumi
nantes. Circa secundū nota qz
iste hō rex est deus qz regnat in ce
lo per gloriā. a in mundo p grāz
a in inferno per iusticiā. Di autēz
hō ppter conformitatem factā que
est inter deum a hōiem ex qua ac
cidit qz homo aliquā accipit pso

nam dei. Ps. Ego dixi dñi estis a fi
lij excelsi omnes. Et deus aliquā p
sonam hois accipit. sicut patet h
Eodē modo tanta cōfor mitas est
inter xpm. caput a membra qz ca
put aliquādo accipit psonā mē
brorum. Actuz. Saule saule
quid me psequeris. Aliquādo
membra accipiunt psonā capi
tis sui. Ps. Nolite tangere xps
meos. Pari modo tanta est cōfor
mitas inter dyabolum qui est ca
put malorum a eius membra qz
aliquā dyabolus accipit psonāz
membrorum. Math. xij. Inimic⁹
homo hoc fecit. Aliquando mem
bra psonam sui capitis. Job. v.
Vnus ex vobis dyabolus est. Cir
ca tertium nota qz sicut dicit gre
go. deus pater filio tunc nuptias
fecit qñ ipsū natūē humane con
iunxit. Et sūdit. Nuptialis thala
m⁹ est uterus virginis. Ps. Ipse
tanqz spōsus pcedēs de thalamo
suo. Et qñ thalami regales sunt
depicti: ideo iste thalam⁹ filij dei
fuit depictus colōē nigro magne
humilitatis. albo virginēe puita
tis a rubeo igne caritatis. Pulcē
omixtio humilitatis. puritatis a
humilitatis. Cantic. Nigra sum
Ecce color niger humilitatis. sed
formosa. ecce color albus purita
tis. sic pellis salomōis. ecce coloe
rubē caritatis. Sed in glo. ibidē il
le pelles rubricate erāt p qz cari
tas designat. Circa quartū nota
qz isti inūtatī sunt omnes fideles

f. p. 7
m. h. 10

2

no

2

3

277

3

colore

qui tunc

Tercij

sed fidelium quidam sunt boni qui
 habent fidem et opera, quidam ma-
 li qui habent fidem sine operibus. Vnde
 dicitur ibi. Congregauerunt omnes quos
 inuenerunt bonos et malos. Mat.
 xxii. Mali sunt mixti cum bonis. quod
 sicut dicitur glo. ecclesia est mediuz inter
 celum et infernum. quoniam in celo tantum
 sunt boni. in inferno tantum mali. in
 terra sunt boni et mali. Gre. Mali
 miscentur cum bonis. quod nequaquam
 ducit ferrum aere ad subtilitatem
 acuminis si hoc non raserit aliena
 lima prauitatis. Item bonus non
 fuit qui malos tolerare recusauit
 Inuitati sunt ergo omnes fideles. Sed
 bonorum quidam ueniunt qui. scilicet. habent
 fidem cum operibus. Alii non ueni-
 unt qui habent fidem tantum sine operi-
 bus caritatis. Sunt autem quinque
 cause que non ueniunt. Quidam eorum
 non ueniunt propter prauam eorum uolun-
 tatem. quod notatur cum dicitur. Et nolent
 venire. et nullum aliud impedi-
 tum habent. nisi quod noluerunt ueni-
 re. Tales uidentur de sua salute ni-
 hil curare. Ps. Pro nichilo habent
 eunt terram desiderabilem. Alii non ueni-
 unt propter suam negligentiam. ideo
 subdit. Illi autem neglexerunt. Mul-
 ti tamen sunt sic pigri quod cum anima
 habeat duos pedes. scilicet. salubre propositum
 et bonum opus. (aliqui pedem pro-
 positum ponunt ad uiam iusticie. reliquum
 uero ad multos annos differunt
 ponere. Sed sicut dicitur Eccl. vii.
 qui timet deum nichil negligit.
 Tercii non ueniunt propter superbi-

am suam et vanam gloriam. ideo sub-
 ditur. et abierunt. alius in uillam
 suam. Per uillam enim terrena do-
 minatio intelligitur. Superbus enim
 non solum non uenit. sed et deo con-
 tradicit Job. xxiiij. Ipsi fuerunt re-
 belles lumini. Quartii non uenerunt
 propter cordis auariciam. et hoc est quod
 subditur. Alius ad negociationem
 suam. Auarus enim non potest ser-
 uire deo et mundo. vel in ammone.
 Quinti non ueniunt propter eorum aper-
 tam maliciam. et hoc est quod sub-
 ditur. Reliqui uero tenuerunt ser-
 uos eius et contumelios affectos
 occiderunt. Tales enim sunt mul-
 ti peruersi. qui se admonentes et
 corrigentes obdiant et persequuntur.
 Amos sexto. Obdiant habuerunt in
 porta corripientem et loquentem
 perfecte abhominati sunt. Circa
 quintum nota quod caritas dicitur uel
 tunc quia operatur delicta. Pro-
 uerbiorum. x. Vniuersa delicta o-
 peratur caritas. et debet intelligi pro-
 perit remouendo. non palliando.
 Tunc quia calefacit desideria. Vnde
 dicitur Job tricesimo septimo.
 Nonne uestimenta tua calida sunt
 cum perflata fuerit terra a uastro.
 Tunc quia ornat opera nostra. Si-
 ne caritate enim opera nostra non
 placent. Ad choi. decimo tercio.
 Si distribuero in cibos pauperum
 omnes facultates meas. caritatem
 autem non habuero. nichil mi-
 chi prodest. Dicitur enim nuptialis
 quia matrimonia fiunt. uel propter

in uero pe et pudo du

*47
+ aut di nupt*

amicicia confirmanda vel augen
da. In m̄momo ḡ filij dei quod
fecit cū nā humana amicia inē
nos a deū est confirmata. Ephes. ij.
Ipse em̄ est pax nr̄a q̄. Est perpe
tuo confirmata. Iher. xxx. In carita
te p̄petua dilexi te q̄. Et ē etiā aug
mentata. q̄ filius dei qui cāt dñs
nē factus est frater a amicus nē.
Ber. Hoc loco in q̄ non predicat̄
magnus dñs a laudabilis pax:
sed pu⁹ dñs a laudabilis nimis.
Parvulus itaq; nobis est natus
a in hoc humana nā tm̄ est exal
tata: q̄ etiā ab āgelis in magna
reuerentia est h̄ita. Vnde angel⁹
nō sustinuit se a ioh̄e adorari. sic
dicit̄ Apoc. xxij. cū tamen ante in
carnationē sustineret. ¶ Circa sex
tum notandū q̄ in celo sunt om
nes soluti. Vñt ei solutū intellēm
q̄ deū vident sine enigmate. v̄ ad
Choz. xij. Videm⁹ nunc per specu
lum in enigmate. tunc autē facie
ad facie. Vñt solutum cogitatū.
q̄ omnes cogitacōnes virtutū in
deū hñt sine recordacōe. Sap. v.
Cogitatio eoz apud altissimum
Vñt solutū affectum. q̄ totus af
fectus trāsit in deū quadā deifica
tione. Vnde cū deus dicatur iḡs
Deb. xij. deus nē ignis cōsumens
est. sc̄a dicuntur carbonēs accen
si. Eze. i. Dicuntur lapides igniti. Eius
de. xxvij. In medio lapidū igni
toꝝ ambulasti. Dicunt carbonēs
sempiterni. Psa. xxxij. Quis h̄ita
bit de vobis cum ardorib⁹ sempi

ternis. In inferno autē omnes li
gati sunt. Ligatas hñt manus. q̄
a nullū bonum opus pñt facere.
ideo dicitur. Ligatis manibus. p
manus potentia operatiua intelli
git. Vñt enim ligatam affectiua.
q̄ deū nō pñt intelligere ideo d̄. li
gatis pedibus. Nā s̄m Augus. pe
des anime sunt affectus anime. a
hñt ligatam potentia; intellecti
uā. q̄ deum non possunt cognos
cere. tūz sint in terra obscuritatis
a obliuionis. ideo d̄. mittite eum
in tenebras. Vñt ligatam poten
tiā reparatiua. q̄ nunq̄ ad penitē
tiā reparari possunt. ideo d̄. exte
riores. P̄ctōr enim in hac vita est in
tenebris interioribus. q̄ adhuc
est in spe venie. In inferno erit in
tenebris exterioribus. q̄ extra ā
bitū diuine misericordie erit. In
mundo autē quidā sunt ex toto li
gati. sic illi in mortali peccato exis
tentes qui ligati sunt vinculo cul
pe. a addicti sunt pene eterne. In
cuius signatiōe d̄. Iudicij. xv. Li
gauerunt sampsonem duobus
fumbus nouis. Alij sunt ex toto
soluti sic viri p̄fecti. qm̄ sic dicitur
v̄ Choz. xij. Qui edificant aurū
argentū. a lapides preciosos. Ta
les enim nullum habent vinculu;
culpe. a nullius sūt obnoxij pene.
Alij sunt ex parte soluti a ex par
te ligati. sic viri penitentes. qui q̄
dem soluti sunt a vinculo culpe. Ec
clesiasti. iij. Sicut in sereno glaci
es: soluentur peccata tua: sed tū

ligati sunt fimbriis pene. s. fatiſta
 et orie. In cuius signatione dicit
 Ite. xxxviii. Extraxerunt Iheremiā
 cū fimbriis a eduxerunt eū de la
 ciā. De ista ligatione a solutione
 di. Ma. vi. Quocūq; ligaueris sup
 terrā tē. Circa septimū notandū
 q̄ tenebre infernales dicuntur te
 nebre exteriores. q̄ sunt ex oēm
 diem. Est autē triplex ordo dierū
 a noctū. Vnus quo dies precede
 bant a noctes seq̄bantur. Isti
 ordo post peccatum primi hoīs cū
 cepit. ad innuendū q̄ de die
 grē cecidit in noctem culpe. Et s; z
 ledā mutat ē ordo. q̄ noctes p̄ce
 dunt. dies sequunt ad innuendū
 q̄ homo per xp̄i passionem de no
 cte culpe rediit ad diem grē. Iste
 ordo durabit vsq; ad diē iudicij.
 Tunc mutabitur tercius ordo q̄
 tunc omnes dies erunt p se. deus
 sepabit tunc noctē a diebus. q̄
 omnes noctes p̄iciet in infernū.
 a omnes dies mittet ad celū. No
 ctes ḡ nunc dicuntur tenebre ite
 riores. q̄ sunt diuinate cum dieb;
 tunc autē erunt exteriores. q̄ tūc
 erunt separte ab oibus diebus

Secundus sermo.:

Simile est regnū celorum
 regi qui fecit nuptias
 a filio suo. In p̄nti cele
 brant nuptie carnales q̄ fiunt in
 ter vira a mulierem. in futuro cele
 brant eternales q̄ fiunt inter deū

a curiā celestem. Prime autē nu
 ptie. s. carnales institute sunt a dō
 Gen. v. Crescite a multiplicamini
 Et de adam qui ait Eius dē. ij. Hoc
 nunc os ex ossib; meis. a caro de
 carne mea. hęc vocabitur virago
 q̄ de viro sumpta est. Quā obrem
 relinquet homo patrem a m̄rem
 a adherere debet vxori sue. a erūt
 duo in carne vna. In quib; verbis
 ostendit adā; qualiter vir debet
 se habere ad vxorem. a qualiter
 vxor ad virum. a qualiter ambo
 pariter. Vir autem debet vxori di
 lectionem caritatiuam. Vnde dicit
 Hoc nunc os ex ossib; meis a cē.
 Debet namq; eam diligere sic os
 suum a carnem suam. sicut seip
 sum. Eph. v. Qui suam vxorem di
 liget seipsum diligit. Se autem di
 ligere debet. q̄ bonus est vel vt bo
 nus sit. Tunc autem vxorem suā
 diligit vt seipsum. quando eam di
 liget q̄ est bona vel vt bona sit. Ex
 quo patet q̄ homo plus debet di
 ligere bonitatem. q̄ pulchritudine.
 Proū. vlti. Fallax gratia a va
 na est pulchritudo. Est autē fal
 lax. quia decipit intuetem. Augu
 stinus. Mulier est muscipula ai
 me. latro vite. suavis mors. blan
 da percussio. perniciēs delicata ro
 sa fetens. malum libens. **Secun
 dus philosophus. Pulchritudo
 est flos marcescens. carnalis feli
 citas. humana concupiscentia. A
 risto. Si tuncis oculis hoies vterē
 tur. vt eorum visus obstātia q̄q;**

penetraret. nō ne introspectis visce-
ribus etiā pulcherrimū corp⁹ tur-
pissimū videret. Nō sōtū autē ista
pulchritudo est fallax intuenti: sed
etiā vana hūti. q̄ est sepe eā mul-
tiplicis vanitatis. Proū. v. Circu-
lus aure⁹ in naribus suis mulier
pulchra a fatua. Qñ mulier ē fa-
tua a turpis nō est periculū. q̄ ne-
mo eā sollicitat. Qñ etiā ē pulchra
a sapiens filie nō ē periculū q̄ sa-
pienter se custodit. Sed qñ ē pul-
chra a fatua: tunc est periculū. q̄
tanq̄ sus luto se immergit. Vxor
autē debet viro obedientiā a subie-
ctionē. Q̄ notatur cū dicitur. q̄a
de viro sumpta est. Ex quo enim &
viro sumpta ē: debet viro esse sub-
iecta in hijs q̄ non sunt oīa deū.
Dicit em̄ Aug⁹. sup ps̄. Qñ vir et
mulier ab invicē dissentiant: tūc
in domo est turbatio mlt̄a. Qñ ve-
ro vir subijciat a vxor dñatur tunc
est pax puerla. qñ vero vxor subij-
citur a vir dñatur: tūc est pax fir-
ma a recta. Pōt addi quartū: qñ
vir a vxor bene veniunt: tūc est
pax deo a hoībus grata. Ista au-
tem Aug⁹ oīe in domo anime. d.
q̄ caro est vxor a ratio vir. Qñ igit̄
caro concupiscit aduersus sp̄m a
econuerso tunc in domo aīe mag-
na est pugna. qñ at̄ caro dñatur
rationi: tunc est pax turpis a per-
uersa. qñ autem rō dñatur carni.
tunc est pax recta. qñ vero nec ca-
ro aduersus sp̄m nec sp̄s aduer-
sus carnē pugnant: tunc est pax

oīmoda que tm̄ erit in p̄ia. Am-
bo aut. s. vir a vxor dñt habere tri-
a. Primo indiuisibilez cohabitatio-
nem. q̄ notatur cum dicit̄ Relin-
quet hō patrem a m̄rem. ideo dicit̄
Aug⁹. Patrem a m̄rem relinq̄nt
a simul habitent a ista hitatio non
debet separi nisi per mortē corp̄alē
vel sp̄ualem. Tunc autē quis spi-
ritualiter moritur: qñ religionem
ingreditur. Tunc sp̄ualiter forni-
cat qñ in heresim labit. a ad erro-
rem vxorez trahere conatur. Sed
sibi debent immobilem fidem. q̄
sicut dicitur. ad Corinth. vij.
Mulier non habet potestatez cor-
poris sui: sed vir a econuerso. Ista
tamen fidem melius seruat vxor
q̄ vir. q̄ vt dicit Augustinus mu-
lier habet quatuor retrahentia: q̄
sunt. timor dei. diligens custodia
viri. a timor legum publicarum.
que puniunt vxorem fornicariā.
non virum fornicarium. Vir autē
habet tantum vnum retrahens:
quod est timor dei. Et subdit Au-
gustinus. Ideo fuit necessaria cu-
stodia maior mulieri. quia in ea
est maior infirmitas. Tercio ve-
ro vir a vxor debent habere in con-
ingali copulatione puram inten-
tionem vt scilicet iungantur pro-
pter prolem procreandam. quod
notatur cum dicitur. Et erūt duo
in carne. Vna scilicet generāda.
Ipsa enim carnalis coniunctio
aliquando nullaz habet culpam
qñ scilicet sit temptacōne carnis

a prolis pcreante. Gregori⁹. Tūc
 iuges in admixtione carnis sine
 culpa sūt quādo p̄ concupiscenda ple
 miscent. Aliquādo habent culpā
 veniale qm̄ sic p̄ sola concupiscentia
 explenda. ita q̄ rāōm̄ tamen sic
 subiecta. s. q̄ eam nō expleat nisi
 cū vxore ppria Glosa sup̄ illud Co
 rint. vij. Cōiugal̄ concubitus gene
 rādi causa nō habz̄ culpaz̄; s̄ concu
 piscentie vero satiante. cum vxore
 habet culpā veniale. quādo. s. con
 cupiscentia est immoderata q̄ eā
 cū quacūqz̄ expleret est mortale.
 Aug⁹. cōtra iouinianū. Intempe
 tus in cōiugio qd̄ aliter ē nisi ad
 ulf̄ qd̄a vxoris. Alij habēt culpā
 mortalissimā. Aug⁹. de bono cōi
 gali. Cū ille vsus labitur vltra pa
 rta nuptialia v̄ vltra ppaganda;
 necessitate venialis fit in vxore in
 meretrice mortalis Ille qui est cō
 tra naturā execrabilis fit in mere
 trice; s̄ execrabilis in vxore. Se
 cunde sūt nuptie celestes in q̄bus
 multa fercula apponent. de q̄b⁹
 dic̄ Aug⁹. in lib. de ciui. dei. Quid ē
 aliud qd̄ dñs ad p̄ph̄am dic̄. Ero
 illoꝝ d̄ nisi ero vñ satientē. Ero q̄
 cūqz̄ ab hōimib⁹ honeste s̄siderā
 ter. Vita a sal⁹ videt̄. a copia. glo
 ria. par. honora oia tō Et ecce octo
 fercula ponit q̄ d̄ in nuptiis suis
 dabit. Primū ē vita q̄ tripliciter cō
 municabit. Primo q̄ sc̄i mandu
 cabūt a bibēt vitam. de q̄ m̄ adu
 catione dic̄ Jo. vi. Ego sū panis
 vni⁹ q̄ de celo descēdit; si q̄s m̄ adu

cauerit ex hoc pane vivet in eter
 nū. De potu dic̄ Apo. vii. Agn⁹
 q̄ in medio throni ē deducet eos
 ad vite fontes aq̄z̄ ac. Secūdo q̄a
 vniēt i de vita. Deut. xxx. Illi ad
 beās ip̄e ē vita tua Prou. viij. Qui
 me inuenit inuenit vitam. Tercō
 q̄a tō mortalitas absorbet a vita
 Corint. v. Nolum⁹ spoliari s̄ sup
 uestiri vt absorbeat qd̄ mortale ē
 a vita. Secūdu ferculū ē sanitas
 que causabit a trib⁹ q̄ habebūt
 subiectū tempatissimū. Modo enī
 corp⁹ nostrū distempatē cū sit ex
 quatuor elemētis. a quatuor quali
 tatib⁹ cōpositū cōtrarijs a iō est dis
 solucōm̄ subiectū. Tūc autē ad sū
 mā tēperantiā reducēt. Job. xvij
 Glete illi⁹. s. ciuitatis sup̄ne aurū
 Glete nre v̄ corpa nra sūt lutuz̄ q̄
 tūc ouertent̄ in aurū. q̄ tūc corpo
 ra nostra erant fulgida tempera
 tar pretiosa. Secūdo quia habe
 bunt aerem suauissimū. Psal. lx.
 Occupabit salus idest aer suauis
 sim⁹ neuios tuos. Sed de damina
 tis dicitur Deut. xxxvi. Percutiet
 te deus aere corrupto Tercō quia
 habebunt aerem iocundissimū.
 Vnde Psalmista. Sicut letantiuz̄
 omnū; habitatio est in te. Psal.
 quinquagesimo primo. Leticia se
 p̄terna sup̄ capita eoruz̄. Leticia
 enim sepe in suauitate conseruat.
 Proverb. decimo octauo. Anim⁹
 gaudens etatem floridam facit.
 Tertium est victus idest quidam
 cibus pre ceteris multū dulcis q̄

causabitur ex ap[er]ta dei visione: q[ui] quide[m] cicius erit copiosus delitiosus et eternus. q[ui] copiosus dabit s[ati]etatem. Ps. Satiabor cum apparuerit gloria tua. q[ui]a delitiosus patiet esurire et auaritate[m]. No[n] em[en]d[um] timere poterunt ne cibus iste deficiat quia erunt in magna s[ati]etate quando damnati erunt in magna perpetua esurie. Psal. In diebus famis saturabuntur. **2^a** l. Ecce serui mei comedet et vos esurietis. Quartum fercul[um] e[st] copia et diuitie in domo eius. diuitie nostre habent laborem in acquirendo. timorem in custodiendo. dolorem in perdendo. ibi aut[em] nullus labor. Apoc. ix. Amodo ia[m] dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis. Nullus timor. **Pro[ph]**. **terc[us]**. Qui me audierit absq[ue] terrore quiescet: malo cu[m] timore sublato. Nullus dolor. **2^a** l. Fugiet dolor et gemitus ab eis. Quintu[m] fercul[um] e[st] gloria et pulchritudo gloriosa que causabitur a premio et varietate. Psal. Omnis gloria eius filie regis. A dei maiestate. **Jacobi**. **vi**. Refulsit sol in clipeos aureos: id est in sanctos qui fuerunt clipei triangulati propter fidem trinitatis: et aurei propter pretiositate[m] caritatis. et erexerunt propter firmitate[m] spei que etia[m] causabitur ex christi conformitate. **Ad Phil.** secundo. Saluatorem expectamus dominu[m] nostru[m] ihesu[m] christu[m] qui reformabit corp[us] humilitatis nostre co[n]figuratum co[r]p[or]i

pori claritatis sue. Sextum est honor. Erunt enim tunc sancti assessores dei. iudices mundi. et reges celi. **Matth.** decimonono. Sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel. Ecce iudices. et omnis qui reliquerit et cetera usq[ue] et vitam eternam possidebit. Ecce reges. **Septimum e[st] pax**. de qua dicitur **2^a** l. **2^a** l. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiducie. et cetera. Ibi erit pax pulchra. etiam secura et opulenta. Tunc e[st] pax pulchra quando fit ab hostibus superatis. Tunc e[st] pax secura quando fit ab hostibus longe exterminatis. Tunc e[st] opulenta quando e[st] secura hostibus spoliatis. Sancti igitur habebunt pacem pulchram q[ui]a habebunt omnes hostes sub pedibus. **Mal.** **iii**. Calcabitis impios cu[m] fuerit ciuis s[ub] planta pedu[m] vestro[rum]. Habebunt pacem securam q[ui]a hostes habebunt longe exterminatos et in inferno precipitados. **2^a** l. **xxv**. Precipitabit dominus mortem in sempiternum id est demones. qui fuerunt nobis causa mortis. Habebunt pacem opulentam. quia habebunt hostes spoliatos. Tunc enim spoliabuntur egypti et dicitur tunc hebrei. **Octauum et vltimu[m] ferculum e[st] omnia bona**: scilicet bona superiora que sunt in dei visione. **Exodi** **vi** **1^a** **1^a**. Ego ostendam tibi omne bonu[m]. **Job**. **xiii**. Domine ostende nobis patrem

a sufficit nob. Bona infelora que
 erūt in domo dei ordinatissima dis
 posicione. Ps Videas tō iherusalē
 oib? dieb? vite tue. Itē idē. Qm̄ di
 lecta tabnacula tua ac. Job. viij.
 In domo p̄is mei māfiones mul
 te sūt. Bona interiora q̄ erūt i ani
 maz illustracōne. Psai. lvij. Im
 plebit dñs splendōib? animā tuā
 Bona exteriora q̄ erunt in corpis
 glificacōne. in hōim ⁊ āgelo cū io
 cūda solietate. Ps. Astitit regina
 ⁊ triūphās ecclā a dextris tuis in
 vestitu deaurato ⁊ cū corpe glōfi
 cato circūdata varietate ⁊ hōim ⁊
 āgelozi ocūda solietate.

Sermo tertius eius dem.

Hoc quō huc intrasti non
 hñs veste nuptiale. Per
 istū q̄ veste nuptiale nō
 hñt signat vniūstas maloz qui
 hñt fidē sine opib? caritatis. De q̄
 b? dicit. i. Thi. i. Cōfiteatur se nos
 se deuz: factis at negat. S; n̄ videt
 q̄ iste ex hoc deat rephendi q̄ rex
 dixit suis suis. Itē ad exitus via ⁊
 q̄ sang iuemetis ac. In talib?
 at locis n̄ inueniūt n̄ viri p̄tiosi.
 S; dicendū q̄ dñs oib? q̄s iuitat
 veste nuptiale offert Aliq̄ at reci
 piūt sic deuoti ⁊ humiles. Alij eti
 pere stēnunt sic in exñtes ⁊ pseue
 rates Alij recipiūt ⁊ postea pitūt
 sic ad vomitū redeūtes. Iste at a re
 cipe noluit ā si recepit abiecit: ⁊
 ideo melto fuit rephensus ⁊ de nu

pcns abiecit. Ista autē rephētio
 ⁊ abiectio fiet i iudicō qm̄ christ?
 malos xpianos arguet q̄ in mili
 tanti ecclesia existētes fide; tantū
 habuerunt sed caritatē nō habu
 erunt. Crib. Sic si quis cū nigra ve
 ste inueniat in nuptijs: mordiat
 ⁊ sordidat nuptia ⁊ gloriam. Ita
 q̄ hab; tenebrositatē xpianitatis
 ipē xpō fac inuiriā. Nō itaq; ā fm̄
 loci eligat vestem: ā fm̄ veste; eli
 gat locū. Alio qm̄ audi at. Amice
 quō huc intrasti nō hñs vestem
 nuptialem. In verb̄ premissis de
 isto tria ponunt p̄ que vniūstas
 xpianoz maloz figurat. Primo
 est eius verb̄ alis dilectio cū dicit.
 Amice. Secūdo eius temerata pre
 sumpcō. cū sub dicitur. Quō huc in
 trasti. Tertio ei? seuera punicō
 cū additur. Ligatis manib? ⁊ pe
 dibus ac. Circa primū nota q̄
 triplex est dilectio. s. verbalis. pre
 cordialis: ⁊ realis. De quib? dicit
 Job. iij. Nō diligamus verbo neq;
 lingua tantum. Ecce verbalis. sed
 opere. Ecce realis. Et veritate Ecce p̄
 cordialis. Illa enim dilectō est ve
 ra que radicatur in corde. Ex par
 te autē istius fuit tantum dilectio
 terbalis quia deum tantū ore fu
 it confessus. ⁊ non fuit precordi
 alis quia ipsum ex corde non dile
 xit nec realis quia opera misericor
 die non habuit. Christus autem
 vera dilectōne dilexit nos scilicet
 verb̄ aliter nos vtiliter instruendo.
 Vnde Psaiē q̄ dragesimo octauo

Ego sum dominus deus tuus doces
te verba. Et precor diati. sua anima
p nob ponendo. Job. xv. Maiore
hac dilectione nemo habet a. Et
realiter bonis omnibus nos ditando.
Jacob. p. Omne datum optimum
omne donum perfectum a. Est igitur se
sus. Amice qui tantum me dilexisti
ore non precor diatiter nec realiter:
que ego dilexerit docendo utili
ter a corde redimendo misericorditer.
a ope ditando multipliciter quomodo
huc intrasti et quomodo temeritate christiana
nitatis tibi nomen vsuepasti. cum
nec corde me dilexeris. nec opere
mibi serueris. sed tantum verbo mihi
ministraveris. Nota quod vera amici
tia quatuor importat. Primo communi
catione quam veri amici sibi cuncta
communicant. unde cum diceret socrati
de quodam paupere qui cuiusdam
diuitis amicus erat ait. Cur vero
illi diuiti iste pauper est amicus. Ra
tio non est nisi quod fortune princeps non
est. Sicut enim membra sibi inuicem se
p seruiunt in vno corpore: sic et ami
ci cum habent vnum cor sibi inuicem
seruire debent. Manus enim seruit
ori cibum apponendo. os stomacho
cibum destinando. membris cibum
deriuando. cor pulmomi vitam a mo
tu sibi tribuendo. pulmo cordi ae
rem sibi ad temperamentum caloris
tribuendo: sic amicus debet esse amico
manus ad defendendum ab inimicis
os docendo bonis consiliis. stomachus
nutriendo de beneficiis. Cor viuifica
do bonis exemplis a pulmo refrige

ratio contra aduersa bonis verbis.
Ista obditio et communicatio est in ami
cicia quam habent sancti cum deo quod bona
ab ipso accipiunt et communicant illa
pauperibus largiendo. Parat. xxix.
Tua sunt omnia que de manu tua acce
pimus reddimus tibi. Ista autem obditio
amicicie non est in malis quod bono sua
pauperibus propter deum non communi
cant sed sibi auare reseruant. Ecclesi.
xi. Nunc manducabo de bonis me
is solus. Secundo amicitia dat af
fimationem. Amor enim assimilat
amantes amato. Hugo de sancto
victore. Scio animam quicquid dili
git in eius similitudinem transforma
ti. Vnde propter istam assimilationem
quidam philosophus interrogatus: quid est
amicus? Respondit aliter ego. Ista amici
tia est in obditione dei sanctorum virorum
Ipsi intantum deo pro amore assimi
latur quod dei appellant. Ps. Ego dixi
deus estis Aug. Talis est vnusquisque
qualis est sua dilectio. Si deum dili
gis: deus es: si terras diligis terra
es. Sicut autem amor dei facit bonos
deum similes: sic diuersa vitia faciunt
malos esse brutales. quod ostendit
boetius in libro de consolatione di
cens. Euenit ut quem transforma
tum vicij videas hominem existi
mare non posses. Avarus feruet
alienarum opum violentus erep
tor. lupo similem dixeris. feror at
que inquietus qui linguam suam
bitigis exeret. canibus compara
tur. insidiator occultus qui insidie
fraudibus vulpeculis exequatur

Ira intemperatus fremit leonis am
 nu gestare creditur. pauidus ac
 fugax non metuenda formidat :
 ceruis similibus ateat. qui stupidus
 a torpet ut asinus vivit. leuis a ioc
 stans studia pmutans nihil ab
 auibus differt. Qui sedis immudif
 qz immergit foridibus suis volupta
 te detinetur. Ita fit ut qui pbitate
 deserta ho ee desinit cu in diuinam
 odiconne trahere no possit vertatur
 in belua. Tertio amicitia dat yde
 pitate. Nam sicut Tullius vera amici
 tia est id est velle a idē nolle. Et ista
 amicitia est dei sactoz virozum.
 Na deus vult qd sacti volunt. Ps.
 Voluntas timentiu se fatiet. Et
 sancti volunt qd deus vult. Ps. Be
 atus vir qui timet dnm: in mada
 tis eius vult nimis. Ita autē co di
 tio no est in mal. qz voluntate dei
 no fatiunt s resistit ei s tandē est
 stete no valebunt. qz voluntas dei
 aut in pnti fit ab homine. a in fu
 turo fiet a demone: io dicit Psai.
 lxxvi. Cōsiliū dei stabit a omnis vo
 lūtas eius fiet Quarto amicitia dat
 equalitate. Na superioris ad infelo
 rem est habere amicitia: a beniuo
 lentiam. Inferioris ad superiorē est
 habere euerentia. equal ad equa
 lem amicitia. Ihero. sup. xij. pphe
 tis Vbi ē alteri eminentia a alte
 rius subiectio: ibi no ē amicitia: s
 potius adulaō. Ita amicitia olim
 no erat in amicitia dei a hominuz
 qz deus erat sumus a ho infimus sed
 ne aliquis in amicitia dē esset qui

prius erat dñs noster. factus ē fra
 ter noster a sic qz factus ē equal
 facit se amicu dices Job. xv. Vos
 autē dixi amicos ac Secūdo ponit
 eius temeraria psumpō cu dicit.
 Quo huc intrasti no hñs ac. Ve
 stis nuptial est caritas: q tribus de
 cau sis nuptialis vocat. Primo qz
 xps i suis nupcijs eā ostendit. Na
 in cruce nuptias fecit vbi carnem
 p pane a sāguine p vīno apposu
 it. vbi reficit angelos in celo eos
 reparādo. homines i mūdo eos re
 dimēdo ptes in limbo eos liberādo
 In istis nupcijs habuit vestē cari
 tatis non de pilis animaliu: no de
 corticibus herbaz: non de interiori
 bus vermiū. sed de interioribus vis
 cerz suoz a hoc quādo lateris aper
 tiōe amore cordis patefecit. Ber.
 Clauus penetrās. clauus reserās
 ē mihi vt videā voluntate: dñi qz
 video p foramē clamat clauus cla
 mat vulnus. patet archa cordis.
 Secūdo dicitur vestis nuptial. qz
 sine hac nullus in nuptias celestes
 intrare valebit. Hoc signatū ē st
 Weste. iij. Vbi dicitur q non li
 cebat aliquē intrare aulam regis
 assueri in dutū sacco. Saccus est ti
 mor seculis cu quo regnuz celozū
 nullus intrabit. Abiitendus est
 igitur saccus a vestis nuptial ter
 enda. Juxta illud Proū. vlti. Que
 fuit lana: a linū a operata est cō
 filio manuum suaz ac. xpus fuit
 agnus. Psai. xvi. Emitte agnum
 domine dominatorez terre a cetera

huius agni lana sunt beneficia. fuit
etiam herba ratione carnis. *Psalmus xl.*
Omnis caro fenū fuit huius herbe
lumē candor innoctie. *Textus* e
g̃ ista vestis ex lana et lino: q̃ carit
tate nram dñt inflāmare xpi bñfi
cia et ei⁹ innocēs vita. Tertio dicit̃
vestis nuptial̃ q̃ i magnis nup
cijs ṽm die iudicij sole xpi sp̃se
indute erūt hac veste. *Apoc̃a. xix.*
Venerūt nuptie agni et vxor agni
pp̃auit se et datus ē ei vt cooperat
se bisso ac. Alie aut̃ am̃e adulteri
ne nude erunt et turpitudinē earū
oēs videbūt. *vñ d̃r Apoc̃a. xvi.* Be
atus q̃ custodit vestimēta sua ne
nud⁹ abulet et ne videat homines
turpitudinē eius. Tertio ponitur
isti⁹ seuera punitio. cū d̃r. Ligatis
manib⁹ et pedib⁹ ac. Per qd̃ dat̃
intelligi q̃ nūq̃ ab illa poterat li
berari siue exire. In hoc q̃ missus
ē in tenebras exteriores dat̃ intelli
gi q̃ ad dei miam nūq̃ poterit per
uenire. Dicunt̃ em̃ tenebre inferna
les exteriores q̃ sūt ex̃ ambitū di
uine miē erit̃ igit̃ illa pena eterna
ppter̃ duo. Primo g̃ q̃ nullū pote
rūt acq̃rere meritū. *Eccle. ix.* Quā
q̃ poterit man⁹ tuā instānt̃ op̃aē
q̃ nec op⁹ nec racō nec sc̃ia nec sc̃a
piētia ē apud̃ inferos q̃ tu p̃petas
Meritū sc̃o p̃ponit̃ ex fide et opere et
ex amore et ex racione siue distri
ctōne ppter̃ qd̃ d̃r *Ro. xij.* Raco
nabile obsequiū vest̃. Ibi at̃ non
erit meritū pueniens ex op̃aōne
iō dicit̃. Nec op⁹ nec pueniens ex

fre. ideo dicit̃. nec conscientia. nec p
ueniens ex discretōne. iō subiu
git̃ nec ratio. Nō em̃ ṽsent̃ nec di
cretione sed furore. Secūdo q̃ nō
poterunt ex illa pena exire: q̃ nul
lū ibi poterit remitti p̃ d̃m. *Psalmus i.*
Vuln⁹ huor et plaga tumens nō
ē circūligata nec curata medicā.
nec fota oleo. Vuln⁹ luxurie circū
ligat̃ ligatura gr̃e. *Sap. viij.* Nō
possum eē otinēs nisi de⁹ det. Lino
auaritie curat̃ medicamine elemo
sine. *Luce xi.* Dat̃ elemosinā et ec
ce om̃a munda sūt vob̃ Plaga tu
mēs sup̃bie fouet̃ vngēto passio
nis dñicē *Aug⁹* sup̃bia sanari nō
pōt si hūilitate filij dei nō sanet̃.
In inferno at̃ nō ē dei gr̃a. iō non
est ligatum vulnus luxurie. nec
ibi dat̃ elemosina: iō ibi nō liga
tur vulnus auaritie. nec ibi se ex
tendit mecum passiois domini
ce ideo ibi non fouetur apostema
superbie.

Sequitur Dominica. xxi.

Sermo primus.

Erat quidā regulus ci
uis filij infirmabatur
capharnaum et cetera.
Johannis quarto (Si
cut dicit̃ *Theophil⁹* Iste regulus
infuit miraculo facto in nupcijs.
quādo domin⁹ noster ihesus chri
stus aquam in vinum mutauit.
q̃ tunc ipsum esse prophetam vel